

de proba. Decius in consil. 375. n. 1. Parisius in consil. 45. n. 98. & consil. 89. num. 8. lib. 1. & consil. 24. numero 153. lib. 2. Antonius Gabriel. in suis conclusionibus. lib. 2. tit. de sententijs. concl. 5. n. 14. & Crau. in tract. de antiqu. temp. in prima parte, in septima partic. quæ incipit. Qd in libro officialis. n. 15. qui post Cald. ubi supra, inquit, multo magis procedere, qm̄ arbitri sunt sume honesta- tis hoies. Quæ sanè receptissima sententia satis manife- ste probatur in l. 1. de legat. 2. ubi lex præsumit arbitri- pro viribus patrimonij competenter, & sine mora indi- caturum. Idè clarè probat tex. l. vnde si Nerua. l. seq. ff. pro socio. ubi arbitrium ita præsumit, vt manifesta eius iniquitas appareat. Nisi ergo manifesta sit iniquitas, pro laudo ipso præsumitur, exemplum affertur in l. sub- sequenti, quæ incipit. Quid enim, vt si arbiter declara- uit, vnum ex socijs confecti lucrum pro vna millesima, alterum verò socium pro duabus millesimis, non ex hoc statim est iudicandum iniquum. Cum iusta subesse potuerit causa, quæ mouit arbitrum ad ita declarandū, & laudandum, nempe maior industria, & maior opera vnus, quam alterius socij, iuxta l. si societatem mecum. & l. si non fuerit. ff. pro socio. Eandem sententiam probat tex. in cap. nisi essent, de præbend. de quo statim di- cemus. Et accedit quod quilibet præsumitur bonus, & quod nemo lædat. cap. vlt. de præsumpt. & delictum non præsumitur. l. meritò. ff. pro socio, & suo loco dice- mus. Est ergo præsumendum quod arbiter iustè iudica- uerit. Et rursus facit, quod arbitria redacta sunt instar iudiciorum, l. 1. ff. de arbitris. In iudicijs autè præsumitur pro rectitudine sententiæ iudicis, vt diximus supra. Præ- sumi ergo debet pro sententia, seu laudo arbitri. Et de- mum confert, quod ille, qui petit reductionem præ arbitrii boni viri, probare debet laudi iniquitatem, vt sta- tim dicemus. Ergo præsumptio est pro ipso laudo, alio- qui necesse non haberet probare iniquitatem illā. Nec obstat quod scribit Alciat. in tract. de præf. reg. 3. præf. 12. nume. 7. id contingere propter pactum compromittenti- um. Nam respondetur, pactum esse, vt iustè pronun- ciet, cap. quinquauallis. de iureiur. ubi is, qui iurauit sta- re laudo, intelligitur, modò iustè laudetur. Quocirca ille qui asserit non fuisse obseruatum pactum, sicque il- le, qui dicit minus rectè fuisse iudicatum, probare id de- bet.

His intelligimus, malè sensisse Butrium in consil. 24. num. 6. prope medium, Alex. in consil. 119. in fin. lib. 2. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 12. nu. 2. Cū negatur præsumi pro iustitia, rectitudineque laudi.

Primò ea ratione motus est Alciatus, quod cum præ iudices ordinarij sint petitores ipsius arbitris, qui aliquando idiotæ, & ignari eliguntur, non est plus præsumendum pro ipsis, quam pro iudicibus, argu. l. vlt. versic. sed ne quis ita effuse. C. ubi & apud quem in integ. resti. postu. Pro iudice autem non præsumitur, quando est appella- tum. Ergo nec pro laudo, petita reductione ad arbitriū boni viri. Verum respondetur, minorem illam argumē- ti propositionem, non ita absolute esse intelligendam, quod scilicet petita reductione ad arbitrium boni viri, non præsumatur pro laudo. Sed intelligitur solum quo- ad aliquos effectus, vt infra dicemus. Quo autè ad effe- ctum detegendi ipsius laudi iniustitiam, pro ipso laudo præsumitur, & ideo is, qui reductionem petit, iniquita- tem probare debet.

Secundò argumentatur Alciat. quod quando prohibe- tur alienatio, prohibetur etiam compromissum. c. cum tempore. de arbit. ubi Butr. & Abb. Et tamen si præsu- meretur pro arbitro, videretur permitrendum compro- missum, non concessa alienatione in casu licito. Vnde (ait Alc.) videmus, quod sicuti procurator generalis non potest donare, & inutiliter distrahere bona, & res domini, ita nec potest compromittere, cap. per tuas. de

arbitris. Bart. in l. mandato. ff. de procur. & Alexand. in l. transacionis. C. de transact. Et tamen (inquit Alciat.) apparet, quod si præsumeretur pro iustitia laudi prævide- retur istud permitrendum, nec annullaretur laudum ab initio. Sed ex post facto tatum probata iniustitia, quod falsum est. Hæc Alciati argumentatio mihi non proba- tur, non enim video quam bene concludat. Nam sup- ponendi sunt termini habiles, cum aliqua de re disputa- mus. cap. 1. de ætate & qual. Est ergo præsupponendū, quod compromissum fieri poterit, & quod etiam po- tuerit ferri laudum. Et solum est contentio, an laudum illud fuerit iustè, vel iniustè prolatum. Et præsumendum est, fuisse iustè latum.

Tertiò adducit Alciat. tex. l. proferre. §. stari. ff. de arbitris, ubi statur laudo arbitri, non quod pro eo præsuma- tur, sed metua pœnæ. Respondetur, laudo præsumitur, donec petita sit redactio ad viri boni arbitrium, qua pe- titione facta, is qui eam petit, probare debet laudi ini- quitatem, qua non detecta, pro ipsius laudi iustitia præsumitur.

Quartò citat Alciat. in contrarium d. cap. nisi essent. de præb. ubi pro laudo illo præsumitur, ob personarum qualitates, quia arbitri, vel arbitratores illi erant pro- uidi, & honesti, & eorum ordinatio fuerat ab vtraq. par- tium recepta, & approbata. Vnde innuit textus (inquit Alci.) quod his qualitatibus non concurrentibus, pro laudo non præsumeretur. Respondetur quod cum præ- arbitri, & arbitratores eligantur partium consensu, eorum personæ censentur approbatae, & propterea nil ea de cā contra laudum ab eis prolatum obijci potest. argu. l. si quis testibus. C. de testib. Quod intelligitur, nisi aliqua ad sit contraria coniectura, sicuti extabat in casu d. cap. nisi essent, vt significat verba posita in initio illius ca- nonis, ubi propter exempli permissum. Et interpretationem hanc a fortiori confirmat, quod diximus sup. præ- sumpt. 3. l. in 2. casu. in 5. extensione, pro iudicis alioqui indiscreti, & improbi sententia præsumi, ex multorum auctoritate, & præsertim Alciati in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. nume. 6. qui tamen intelligit in con- trarium, nisi ad sit aliqua coniectura iniustitiæ, in ea cau- sa commissæ.

Extenditur primò recepta hæc opinio, vt locum præ- beat etiam in laudo arbitratoris. Ita in specie affirma- runt Cald. in consil. 3. col. 1. versic. & in hoc teno. tit. de ar- bitris. Abbas in consil. 64. col. 2. versic. sed his non obsta- tib. lib. 1. Præpos. in rubr. de appel. colum. 23. versic. ta- men præsumptionem. Felinus in cap. quoniam contra. col. 20. versic. sexta conclusio, de probat. & ibid. Decius num. 41. restatur communem. Et horum traditio fulci- tur eisdem argumentis, & iuribus, quib. & præcedens re- gula de arbitrio. Et maximè probat tex. in d. c. nisi essent de præbend. Præterea multo magis locum habere existi- mo hanc præsumptionem laudi arbitratoris, quam illā laudi arbitri. Quādoquidem præ eligi solent arbitratores summe probi, veritatis, & æquitatis amatores. Et ideo ij ex bono, & æquo iudicate consueuerunt, vt scripsi in consil. 202. n. 19. lib. 3.

Non obstant nunc argumenta Alciati, qui dic. præf. 12. num. 2. contrariam post Butri. in consil. 24. nu. 6. prope medium probant. Ea ratione motus est Alciat. quia præ laudi natura non est vt feratur secundum iustitiam, sed secundum quod arbitrator credit verisimiliter par- tes debere acquiescere. Cum arbitrator præ solum ipsam partium concordiam spectare soleat, & potest dare alteri aliquid de iure alterius, vt docuit Bartol. in l. si de meis. ff. de arbit. & in l. si societatem. §. arbitrorum. nu. 14. ff. pro socio. Vnde cum de natura talis actus sit, vt propriè non feratur laudum de iure, sequitur dicendū non debere præsumi, argumen. l. si vno. ff. locati. & l. si stipulatus. ff. de vltis. Verum respondetur, quod est i- arbitra-

arbitratores possint pronunciare, vt sibi visum erit, nõ inspecto ipso iure scripto, & secundum eius rigorem, attamen pronunciant secundum æquitatem, atque ita secundum humaniorem iustitiam. Aequitas enim fuis humanius appellatur, vt scribunt Doctores in l. placuit. C. de iud. Vnum hoc est, quod in arbitratore non credi- tur adesse dolus, nec malitia, fraude aliqua. Et propte- rea præsumitur, quod iustè secundum veritatem pronu- ciet. Non etiam repugnat text. capit. nisi essent, de præ- bend. ab Alc. adductus, quia ex dictis supra iam constat probare contrarium.

Extenditur secundò, vt locum habeat hæc præsum- ptio vt procedat etiam pendente præ dubio super nullita- te laudi. Nam adhuc pro eius iustitia præsumitur. Ita Butr. in consil. 2. n. 2. & Ant. Gabr. in suis concl. li. 2. tit. de sent. concl. 5. n. 17.

Extenditur tertiò, vt procedat etiam, quando in præ iu- re speciali fundatum esset laudum. Nam adhuc præsu- mitur secundum illud ius prolatum. Ita scripsit Lucas de Pen. in l. 3. in 77. præsum. C. de apoch. publ. libro 10. cum dixit præsumi eum, in cuius arbitrium aliquid fuit collatum, ita arbitrari, te suum illud arbitriū repugnet speciali iuris dispositioni, ex l. 1. ff. si quis caut. l. 1. ff. de vlt. & l. quamquam. ff. de ritu nupt.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio cum petita est redactio ad arbitrium boni viri. Nam ea pendente non præsumitur pro laudo. Ita Butr. in c. in præsentia, col. pen. versic. hæc omninò procedunt, de renun- c. in cap. quoniam contra, colum. 1. 5. versic. sed nun- quid, de prob. & in c. cum ad sedem, col. vlt. versic. ex hoc deciditur, de rest. spol. Abb. in d. cap. quoniam con- tra, col. 13. versic. circa præfata. Rom. in l. sciendum, nu. 61. de verb. obligat. & ibid. Alex. col. 5. versic. sed aduer- te quia Dyn. & idem Alex. ad. in consil. 119. in fin. lib. 2. & in consil. 43. num. 7. lib. 6. Ias. in consil. 88. col. vlt. versic. item aduerte, lib. 1. Cur. Sen. in consil. 23. in fin. & Paris. in consil. 45. num. 98. lib. 1.

Cæterum ab hac traditione præ diffentiunt Fel. in d. c. quoniam contra, numer. 37. versic. secundo aduerte, & ibid. Dec. num. 41. versic. secundo limitatur, de probat. post Cald. & Zabarel. quos commemorat. Exillimo has opiniones posse conciliari, vt dicamus, præ quod quoad aliquos effectus adhuc præsumptio sit pro ipso laudo, pendente reductione hac. Et primus est effectus, quod is, qui petit reductionem hanc probare debet ipsius laudi iniquitatem. Ita Dyn. in consil. 19. num. 15. Io. And. & Bal. in addit. ad Spec. in tit. de arbit. §. sequitur. idem Bald. in l. nec quidquam. §. ubi decretum, nume. 7. ff. de offic. proconsul. & legat. & in l. si de meis. ff. de arbit. Imo in cap. in præsentia, de renun. Alex. in consil. 43. nume. 4. lib. 6. Ita verè hoc in casu loquuntur Fel. & Dec. in d. c. quoniam contra. Et hic aduertendum est, quod is, qui petit reductionem ad arbitrium boni viri, arguendo dolum arbitratoris, prius agere debet de dolo contra ipsum arbitratores, atque ita dolum ipsum probare, & deinde petere laudi rescissionem. Ita egregiè post mul- tos scripsit Curt. Iun. in l. si ex falsis, nume. 3. C. de tran- fact. & in consil. 179. in fin. Quod est annotandum ad de- clarationem statuti Papiens. 25. in ciuilibus sub Rub. de compromiss. quo verò ad reliqua, non præsumitur pro ipso laudo. Non enim pendente ipsa reductione, exequi- tur illud potest. Bald. in l. tale pactum. §. qui procurant, col. vlt. ff. de pac. Abb. in cap. quinquauallis, numer. 41. de iureiur. Soc. Sen. in consil. 27. col. pen. lib. 4. Franc. in c. dilectio, nume. 3. 9. de appel. & Boer. in quaest. 284. nu. 24. & 26. Et ad rem maximè nostram Alex. in consil. 119. nu. 17. lib. 2. & in consil. 43. num. 9. libro 6. & similis distin- ctione vsus sum supra in præsumptio. 3. dum explicau- eris casibus præsumi pro sententia etiam interposita appellatione,

26 Declaratur secundò, vt locum non habeat hæc præ- sumptio, quando ob temporis breuitatem non potuit arbiter de rei veritate cognoscere. Nam tunc cessat præ- sumptio rectitudinis, & iustitiæ. Ita Bald. in l. prolata, col. vlt. versic. quærit hic Butrig. C. de sen. & interloc. om- iudic. Abb. in c. quinquauallis, col. vlt. versic. sed ad præce- dentia, de iureiur. Fel. in cap. Ecclesia S. Mariæ, colum. 8. versic. 13. de consil. Dec. in l. 2. num. 36. C. de eden. & in ca. cum venerabilis, col. 5. versic. & idem de laudo, de except. & Ant. Gabr. in suis concl. lib. 2. tit. de sent. concl. 6. nu. 9. Quæ tamen declaratio cessat in casibus, quos in- fra explicabimus.

Declaratur tertiò, vt locum non habeat hæc præsum- ptio, quando præ arbiter excessit fines compromissi. Ita Ang. in consil. 298. vifa narratione, quem secutus est Ale- in tract. de præsumpt. reg. 3. præf. 12. n. 8.

Secundus est casus huius disputationis, cum agitur de solemnitatibus, & ordine ipsius laudi. Hoc in casu re- gula est in contrarium, nempe pro laudo non præsumi. Ita Præpos. in Rubr. de appell. num. 70. versic. tamè præ- sumptionem, etsi dissentiat, & malè Comen. in consil. 50. col. vlt. versic. quamuis enim. Blanc. in tract. de com- promiss. in quest. 9. princip. de sent. & ear. effect. in fin. qui post alios, & hoc scripsit, non præsumi compromis- sum enunciatum in laudo præcessisse. Et hæc quidè præ- sumptio multo magis cessat, quando ob temporis bre- uitatem de causa cognosci non potuit. Ita Bald. in dic. l. prolata, col. vlt. versic. quærit hic Butrig. Co. de sent. & interloc. omn. iud. & alij, quos superiore casu in 2. decla- ratione commemorauit.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, quando non aliqua extat coniectura, quæ suadet arbi- tros, vel arbitratores satis de causa cognouisse, sicuti cō- tingit, quando causa iam instructa coram primis arbi- tris, eorum loco secundi successerunt, qui deinde reas- sumptis actis iam factis coram suis antecessoribus, lau- dum tulerunt, & præsertim si eo in laudo asseruerunt, se plenè de causa instructos fuisse. Ita respondit Soc. Sen. in consil. 121. colum. 3. versic. sed præmissis non obsta- tibus, lib. 3. qui etiam dixit, se plures vidisse arbitra- tores discutere iura partium, & quando videbant posse eos componere curabant fieri compromissum, & imme- diatè pronunciabant laudum. Vnde (inquit Soc.) dice- re non poterat laudum sine causæ cognitione prolaturū. Idem Soc. Sen. in consil. 66. col. 2. versic. secundo, quia ar- bitri, li. 4. Et hoc maximè procedit, quando arbitri, vel arbitratores sunt viri summe probitatis, & honestatis, Nam horum præ assertioni, quod fuerunt instructi, & edo- cti de causa, fides adhibetur. Ita Socin. præcitato in con- sil. 121. colum. 3. lib. 3. Idem censuit Cardin. Zabarel. in consil. 139. factum tale est, col. 4. versic. secundo, quia & cō- sil. seq. col. 1. Imo dixit Soc. quod licet ob temporis bre- uitatem præsumatur pronunciatum causa non cognita, attamen hoc cessat in laudo prolato à viris honestis, & prouidis. Et tanto magis, cum habuerunt facultatē pro- cedendi sine scriptis, iuxta traditionem Barto. in Auth. nisi breuiore, in fin. C. de sent. & interloc. omn. iudic. & Comen. in consil. 162. col. 2. Idem quando causa est leuis momēti. Ita Blanc. in tract. de compromiss. q. 9. princip. de sent. & earum effect. num. 29. versic. crederem sic esse. Potest etiam considerari altera coniectura, vt est, quan- do ipsi arbitri, vel arbitratores suo in laudo optime, ac diligentissime narrant iura ipsarum partium, & singula- tim controuersiarum capita determinant. Nam hic in- surgit præsumptio, quod instructi fuerint, & de causa co- gnouerint. Ita respondit idem Soc. in d. consil. 121. col. 4. versic. præterea ipsemet partes, li. 3.

Declaratur secundò, vt locum non habeat, quando partes ipse fuerunt presentes præ pronunciationi laudi, & non contradixerunt. Nam tunc præsumitur cogni- tum

